

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorum historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis septimi - Fasciculus primus): Vol. VII.

London, 1830

Seite 117

TETRADYNAMIA SILIQUOSA.

35

In maritimis Graeciae. 21.

*Radix* subcarnosa, teres, fusiformis, infernè ramosa. *Herba* densius pubescens, incana. *Caulis* solitarius, simplex, teres, omninò ferè aphyllus, spicatus. *Folia* omnia radicalia, numerosa, caespitosa, patentia, uniformia, lineari-oblonga, obtusa, integerrima, crassiuscula, uninervia; basi angustata, elongata. *Spica* terminalis, solitaria, erecta, multiflora, laxiuscula. *Flores* sessiles, ferè *Matthiola tristis*, in hybernaculis nostris vulgaris, at duplò majores, foliolisque *calycinis* mucronatis, apice patulis. *Petalorum laminae* obtusae, recurvato-pendulae, tristè fusciscentes, venosae. *Stamina* quatuor longiora basi dilatata. *Stigmatibus lobis* dorso incrassati, simplices. *Siliqua*, monente Cl. DeCandollio, compressa.

A. Calyx aliquantulum auctus. B. Petalum. C. Stamina cum pistillo. D. Pistillum.

TABULA 637.

MATTHIOLA CORONOPIFOLIA.

MATTHIOLA caule ramosissimo, foliis linearibus dentato-pinnatifidis, petalis undatis, siliquis subtorulosis brevius tricuspидatis.

*M. coronopifolia*. DeCand. Syst. v. 2. 173.

*Cheiranthus coronopifolia*. Prodr. n. 1559. v. 2. 25.

*Hesperis sicula, coronopi folio, siliquâ tricuspидi*. Tourn. Inst. 223.

*Leucoium montanum crucigerum, coronopi folio*. Bocc. Mus. 147. t. 111. f. 1—4.

In montibus prope Athenas. 22.

*Radix* teres, lignosa, perennis, multicaulis. *Caules* herbacei, aut basi tantum suffrutescentes, adscendentes, undique ramosissimi, foliosi, teretes, subincani. *Folia* sparsa, recurvato-patentia, linearia, obtusa, medio praecipuè dentato-pinnatifida; basi angustata, elongata; utrinque tomentoso-incana. *Spicae* terminales, solitariae, multiflorae; post florescentiam laxae. *Flores* tristè flaviscentes, sessiles, praecedente minores. *Petala* oblonga, apice rotundata, obtusa; disco venosa; margine utrinque undulato-crispa. *Stamina* longiora ad medium usque paululum dilatata. *Siliqua* subsessiles, patentes, graciles, teretes, subtorulosae, incanae, durae, *stigmatibus* persistenti, incrassato, clauso, utrinque ad basin brevius bicuspidato, terminatae. *Semina* numerosa, parva, ovata, compressa, margine parum dilatata.

*M. lunata*, DeCand. Syst. v. 2. 176, huic affinis, est forsitan *Cheiranthus (Matthiola) bicornis*, Prodr. n. 1560. v. 2. 26.

a, A. Calyx. b, B. Petalum. c, C. Stamina cum pistillo. D. Pistillum.